+

et in corporat praesentibus. In quod quidem ius cessum praemissorum omnium et singulorum praesentibus abcessorum, iam exnunc et defacto memorata Recognoscens suprascripto Cessionario suo dat et admittit, Coram officio praesenti realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos die quacunque Voluerit officiose accepturum. Per ipsum Nobilem Pobum Jaworski Cessionarium suum et ipsius successores, hoc idem Ius praesens Cessum summamque suprascriptas praesentibus perse Recognoscentum abcessas, cum Universis ipsi Utilitatibus et Usufructibus; Competentiisque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice Usufruendi ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi, Sanis praefati originalis praemissa omnia latius in se Complectentibus praesentisque Cessi et transfusi Vigore.

Sobolowskie Coniuges Koniecskim Coniugibus Cedunt

1077

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Simon Sobolewski Sanus mente et Corpore existens

a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis qui-
buscunque propriis et Competentibus recedendo praesenti
Vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad
actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
Subijciendo palam, libere publice, ac perexpressum recogno-
uit. Quia ipse suo et Generosae Annae Czerniecka Con-
sortis suae legitimae pro cuius ratihabitione Cauet et se
praesentibus inscribit nomine de omni et integro Iure
suo et praefatae Consortis suae infrascripto, nimirum de
Contractu certo inter Generosos Hiacynthum de Woy-
ciechow Balicki et Catherinam de Rugozno Coniuges
legitimos ab Vna et se Recognoscentem praefatamque Con-
sortem suam parte ab altera, ratione triennalis Arendae
bonorum Certarum Sortium in bonis Villarum Blazow
et Wola Blazowska in Terra et Districtu praesenti Pre-
mysliensi iacentis et consistentis, tum et aliarum rerum
et Conditionum in eodem Contractu specificatarum
de actu et data illius hic Premysliae Feria Quinta
ante Festum Purificationis Beatissimae Virginis Ma-
riae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesi-
mo Sexagesimo Nono proxime praeterito Vna cum pa-
ragrapho confecti et conscripti manibus Contrahen-
tium proprijs ab Vtrinque subscripti Actisque officij praesen-
tis cum interpositione Vadij summae Noningentorum
Quadraginta Octo Florenorum Polonicalium ad tenen-
dum firmato et Roborato. Tum et de eadem ipsa
Inscriptione Roboratoria Contractus eiusdem atque:

de bonis.

+

de bonis in Contractu eodem specificatis cum parata eorundem Intromissione, Tuitione, et Evictione, pacificeq in hucusq per se Recognoscentem continuata possessione nec non de Causis, actionibus et processibus quibusuis per se Recognoscentem suo et prædictæ Consortis suæ nomine ratione Contraventionis Conditionibus certis eiusdem Contractus memorati eidem suprascriptis Generosis Balickim Conjugibus ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense institutis et intentatis, et in quouis puncto et gradu Juris dependentibus suo in tenore de prædictis lationibus, cum omni prædictorum Jure dominio, proprietate Competentiaq et prærogatiua quauis omnibusq et singulis Contractus memorati et eius Inscriptionis Roboratoriæ tum Causarum et actionum, totiusq processus Judiciarij, in quocunq puncto et gradu Juris dependentis Jurisq præsentis Cessi Conditionibus punctis, clausulis articulis, Vadiis ligamentis ac nexibus generaliter Vniuersis Summa quoq suprascripta cum bonorum summa eadem onerato rum, Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibq Commodis, emolumentis, obuentionibus, attinentijsq et pertinentiis generaliter Vniuersis. Nihil ex prædictis Juris Dominij proprietatis ac Vniuersis Competentiis et prærogatiuis pro se Recognoscente suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo Verum prout præmissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq concernebant ac eidem legitime seruiebant. Jam ex nunc

1069

+

et de facto Generosis Valentino Boniecki et Marianna
Choinska Coniugibus legitimis et eorum successoribus (acce-
pta ab ijsdem pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti
satisfactione) Cessit et Condescendit prout cedit et Conde-
scendit praesentibus, omneq et integrum Ius suum sibi ad
praemissa serviens in personam eorundem Boniecki
Coniugum Cessionariorum suorum, eorumq posterorum
totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit,
prout transfert, transfundit, et incorporat per praesen-
tes. In quod quidem Ius praesens Cessum, summam, ac bo-
na summa eadem, Iureq praesenti Cesso onerata prae-
missaq omnia praesentibus per se Recognoscentem
transfusa, idem suprascriptus Regnens Generosus Si-
mon Sobolewski, praenominatis Generosis Valentino
Boniecki et Marianna Choinska Coniugibus legiti-
mis Cessionarijs suis eorumq posteris, iam ex nunc et
de facto Coram officio praesenti dat et admittit rea-
lem Intromissionem et actualem pacificamq posses-
sionem per Ministerialem quemcunq Competentem et
Nobiles duos die quacunq voluerint officiose acce-
ptandum, per ipsos Generosos Boniecki Coniuges
Cessionarios suos eorumq posteros, hoc idem ius praesens
Cessum, summam ac bona summa eadem onerata prae-
missaq omnia per praesentes abcessa, cum Universis
eorundem Utilitatibus et Usufructibus, Competentiaq et
praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi,
illisq quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suorumq

Successorum

Successorum quorsuis beneplacitos Usus fructus libere et ef:
fectualiter Convertendi, Iuris praefati Originalis ea omnia
latius in se Complectentis praesentisq́ Cessi et transfusi Vigore.
Deberq́ et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac
suos Successores, in et super bonis suis generaliter omni:
bus, Summisq́ quibusuis pecuniarijs habitis et habendis
praenominatis Generosis Valentino Boniecki et Mari:
annae Choinska Coniugibus Cessionarijs suis inscribit et
obligat praesentibus, ipsos et eorum Successores, in di:
cto Iure Cesso, Summa ac bonis Summa eadem Ivreq́
praesenti Cesso oneratis, praemissisq́ omnibus praesentibus
per se Recognoscentem abscessis, et ratione eorundem
omnium, ab omni et quavis impetitione Iuridica qua:
rumcunq́ personarum Cuiuscunq́ Conditionis status et se:
xus Cuiusuis existentium, ex re persona et occasione
sui Recognoscentis, suorumq́ Successorum ac Iuris prae:
sentis Cessi tantummodo et non Ultra exoriunda in
omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties
opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere et eli:
berare, indemnesq́ cum posthac reddere, necnon hocidem
Ius praesens Cessum, Summam ac bona summa eadem
Iureq́ praesenti Cesso onerata praemissaq́ omnia praesen:
tibus per se Recognoscentem Condescensa ab omnibus
in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus
super eadem praemissaq́ omnia praesentibus Condescensa

~~1060~~

1070

+

modo quovis cuicunq; personarum, iisdem ex re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumq; successorum tantum modo et non ultra factis et faciendis. Jure etiam a quibusvis citationibus in eadem præmissa omnia præ: sentibus abcessa importatis et importandis, litis deniq; et perductis, processibusq; suis quibusvis, in quocunq; puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio Regni, obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus præsentibus transfusis, modo quovis ex re ii: dem persona et occasione sui Recognoscentis suorumq; successorum, tantum modo et non ultra perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaq; et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam Co: ram officio præsenti admissam in fundo bonorum præ: fatorum præsentibus condescensorum, dum per Ministeria: lem et Nobiles duos requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere dataq; et admissa eadam, possessionem et usum fructum præmissorum omnium, præsentibus condescensorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsosq; Cessionarios suos, et eorum posteros, in præmissis omnibus per præsentes abcessis in præmissis omnibus nullo mo: do inuendi, Ita ut hoc idem Jus præsens Cessum sum: mam ac bona summa eadem Jureq; præsenti Cesso

onerata

onerata, praemissaq[ue] omnia per praesentes condescensa cum Universis eorundem Utilitatibus et Ususfructibus Competentiaq[ue] et praerogativa quavis quieta et pacifice Inscriptionis praesentis Cessionariae Vigore, ijdem Generosi Boniecki Coniuges Cessionarij, sui suis cum posteris, tenere habere, et possidere queant, illisq[ue] Uti frui possint. Idq[ue] sub Vadio summae Noningentorum Quadraginta Octo Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius Successores, praenominatis Cessionarijs suis aut illorum posteris ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, semper toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Nihilominus is idem Recognoscens suprascriptus Generosus Simon Sobolewski, se ac suos successores, in et super bona sua generaliter omnibus summisq[ue] peuniarijs quibusvis habitis et habendis, memoratis Generosis Valentino Boniecki et Mariannae Chomska Coniugibus legitimis Cessionarijs suis, eorumq[ue] posteris rasenit et obligat praesentibus, praenominatam Generosam Annam Czerniecka sui Recognoscentis Consortem legitimam cum personali sui Recognoscentis assistentia Vel in euentu mortis successores ipsius ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Cessionariam, Vel aliam similem suo pro interesse faciendam ad acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eaq[ue]

1072

+

Vel ipsius successoribus Ut præmissa debite exequantur effi:
cere. Idq sub alio simili et speciali Vadio aliorum Nongin:
gentorum Quadraginta Octo Florenorum Polonicalium per
eundem Recognoscentem, sive eius posteros suprascriptis
Generosis Boniecki Coniugibus Cessionariis suis, sive illo:
rum successoribus, ob non statutionem consortis suæ statu:
endæ, Vel in euentu mortis successorum ipsius ad exequen:
da præmissa pro tempore et loco superius expressis ad sol:
uendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio Vel Vadijs
modo præmisso ac soluendum succubitur, ac prore aliqua
principali ex præmissis non completa complenda, Citatus
existens memoratus Recognoscens suprascriptus Generosus
Simon Sobolewski sive illius successores ad Instantiam
præfatorum Generosorum Valentini Boniecki et Ma:
rianna Choinska Coniugum Legitimorum Cessionariorum
suorum, sive eorum posterorum, ad officium præsens Ca:
strense Capitaneale Præmisliense ex tunc recessu su:
prascripto, quo ad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
rio stare, Iuri parere, respondere, Vadium Vel Vadia præfa:
ta luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudi:
catum Pati debebit et tenebitur, Seq ac suos successores
ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum
Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes
exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos sem:
per peremptorios Vera insfuncitate pro maiori minorenni:
tate sic:

tale successorum legatione intra vel extra Regnum servi:
tio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati
Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilatio:
nem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes
ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel duplicatis, quasionibus, suspensio:
nibus, fatalibus Juris et scribarum ligamenta iuxta formam Cancellariae

Feria Secunda post Dominicam
Judica Quadragesimalem proxima Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Septua:
gesimo Secundo.

4/IV

Chlopicki suo pro inte:
resse Roborat

1078

Comparens personaliter coram officio et Actis prae:
sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Ge:
nerosus Gabriel Chlopicki sanus mente et corpore
existens a Terrenis Districtibus Juribus Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Ju:
risdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successo:
ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie